

GEM-. Stirps uerborum. ETYM anceps 1 a POK patrocinata, ab EM perlata, sensum a *GEM- > gemere et a Gr. γέμω directo prouenire affectat, scilicet ab 'omnino fartus', quod apud gumia 'helluo' perclarescit; inde EM cum gemma, geminus, gumia exiliter coniungit, nam 'refertus esse' gemitus affert, quod in abundantia indiciorum cum feminae partu coniunctorum facile uideas. 2 DEVAAN de coniunctione cum γέμω dubitat, immo cum ken, quod lingua tokaria A 'appellare' significat, etiam perf. γέγωνα 'clamare ut audiatur' coniungit; et mutationem -n- > -m- a uerborum fremere tremere pondere explicat, adeo ut radicem Plt. *GENE/O?, Ple. *GEN(H)- 'appellare' inueniat; inde usus omnes, quamuis seri, qui apud Christianos uidentur cum ii deum allicere uolunt, proueniunt; quae etymologia blande allicit praeter id quod ad gumia attinet, quae cum γέμω coniuncta certe esset

antiqui grammatici onomatopoeicam etymologiam clare perceperunt VARRO Ling 6.67. fremere, gemere, clamare, crepare ab similitudine uocis sonitus dicta.

[FREC 1843 ^{indicia} 115 ^{/d.c.m.} 254-184 PLAUT] radix scriptis litterariis omne genus, uersu praecipue, praesens; item scriptis narrando argumentando aptis; omnibus usibus, praesertim doctis; technicis paulum inuenitur; inde ab initiis apparet, at saec. I-II magis usitatur; saec. III-V a Christianis scriptoribus magis usitatur, gemitu et tristitia omnia inuadentibus.

VARIATIO OPERUM		indicia	p ^{/d.c.m. subc.}
	argumentalis	707	106
	dramatica	64	144
	exponens	88	30
	lyrica	59	208
	narratiua	893	165
	satirica	32	167
DIACHRONICA	III-II aec.	16	40
	I aec.	218	78
	I-II ec.	695	179
	III-V ec.	914	103
DIAPHASICA	docta	677	325
	media	1122	84
	quotidiana	44	76
DIASTRATICA	litteraria	1795	136
	technica	48	17
MODUS	prosa	1164	83
	uersu	679	350

PARADIGMA. Cum dolere, flere, lamentari, lugere, plangere, suspirare coniunctum fuit.

STIRPS UERBORUM.

Omnia uocabula ab ea stirpe prouenientia in sensu congruunt, differentiis a praefixo omissis, praeter gemere et ingemere, quae similia inter se sunt et cognitionem semanticam communem habent, dolorem corporis scilicet, planctus, iniuria et melioris uitae appetitio; in eo tantum differunt, quod gemere cum auium uocibus coniunctum est, eae ab ingemere absunt.

